UNA VOCE VENETIA

Sabato dopo la Domenica quarta di Quaresima

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem *Joann. 8, 12-20*

IN ILLO témpore : Locútus est Jesus turbis Judæórum, dicens : Ego sum lux mundi : qui séquitur me, non ámbulat in ténebris, sed habébit lumen vitæ. Dixérunt ergo ei pharisaéi : Tu de te ipso testimónium pérhibes : testimónium tuum non est verum. Respóndit Jesus, et dixit eis : Et si ego testimónium perhíbeo de meípso, verum est testimónium meum : quia scio unde veni, et quo vado : vos autem nescítis unde venio, aut quo vado. Vos secúndum carnem judicátis : ego non júdico quemquam : et si júdico ego, judícium meum verum est, quia solus non sum : sed ego, et qui misit me, Pater. Et in lege vestra scriptum est, quia duórum hóminum testimónium verum est. Ego sum, qui testimómum perhíbeo de meípso : et testimónium pérhibet de me qui misit me, Pater. Dicébant ergo ei : Ubi est Pater tuus? Respóndit Jesus : Neque me scitis, neque Patrem meum : si me scirétis, fórsitan et Patrem meum scirétis. Hæc verba locútus est Jesus in gazophylácio, docens in templo : et nemo apprehéndit eum, quia necdum vénerat hora ejus.

Dal Vangelo secondo Giovanni *Giov. 8, 12-20*

IN QUEL tempo, Gesù parlò alle turbe dei Giudei, dicendo: Io sono la luce del mondo: chi mi segue non camminerà al buio, ma avrà luce di vita. Gli dissero perciò i Farisei:Tu rendi testimonianza a te stesso: la tua testimonianza non è vera. Rispose Gesù: Quantunque io renda testimonianza di me medesimo, è vera la mia testimonianza, perché so donde venni e dove vado: ma voi non sapete donde vengo e dove vado. Voi giudicate secondo la carne; io non giudico nessuno: e se io giudico, il mio giudizio è vero perché non sono solo, ma è con me il Padre che mi ha mandato. E nella vostra legge sta scritto, che la testimonianza di due persone è vera. Io rendo testimonianza a me stesso, e il Padre, che mi mandò, rende testimonianza a me. Gli dissero però: Dov’è tuo Padre? Rispose Gesù: Non conoscete né me, né il Padre mio: se conosceste me, conoscereste il Padre mio. Tali parole disse Gesù nel gazofilacio, insegnando nel Tempio: e nessuno lo arrestò, perché non era giunta la sua ora.

Il Vangelo di oggi